



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Prædicator qualis esse debeat. tit. 8

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

plicant effectum charitatis, id est, unitatem. Est enim unitas fructus charitatis, sicut calor operatur à Sole, vel splendor à Sole. Vbi ergo charitas, ibi & unitas. Hac unitate crevit Ecclesia, Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnu & anima una. Augu. in Euang. Lu. 10. Da vnu, & populus Dei est: Tolle vnum, id est, unitatem, & turba est. Quid enim est turba, nisi multitudo turbata? Hoc vnum est necessarium, Luc. 10. Hanc docent omnes Apostoli. i. Corin. i. Obscurio per nomen Domini nostri Iesu Christi, ne sint in vobis schismata. Rō. 15. Vno ore glorificetis Deum & patrem Domini nostri Iesu Christi. Quoties ergo scriptura commemorat charitatis, toties unitatem commendat. Est enim charitas mater, quae parit unitatem, fons est quo fluit, sed ipsa charitas donum Dei est, quia frumentus Spiritus sancti, qui donatur baptizato, ad Titum 3. Vbi ergo charitas est, ibi quoque unitas Catholica. Nam vna est charitas veritatis, sicut fidei. Ideo Catholica est, & diuidi non potest, &c. Neque idem est credere in Christum intra vel extra Ecclesiam, id est, unitatem. Vide infr. Titul. 32. & 208.

*PRAEDICATOR QUAE  
lis esse debeat.*

TITVLVS VII.

**A**ugusti, lib. quinquagesimo homiliarū, homilia 25. Prædicator debet esse eruditus verbi DEI, id est, dispensator, i. Cor. 4. Non autem exactor vel coactor aut castigator. Est enim alia potestas spiritualis, quae excommunicat eum, qui Ecclesiam non audierit. Alia facularis, quae gladium defert. Rō. 13. illa debet corrigerem, speculator tangit campanā, quando incendiū percipit, sed non descendit de turri &c. Erogare ergo debet prædicator, non incarcerare. Postquam igitur prædicator dixerit verbum auditoribus, si au-

B b 2 dictur,

dicitur. benè: si autē minus, potestati incumbit: si illa negligens fuerit, peccatum etiam redundat in caput ipsorum, & prædicator, id est, admonitor excusat, apud Ezech. 3. Si annunciaueris & dixeris &c.

Secūdō, August, ad fratres Eremitanos, serm. 26. Legimus Gén. 3. quod Dominus posuit Adam & Euā in Paradisum, & dedit præceptū, quomodo viuerent, & custodirent Paradisum: prædictum pœnā & gloriam. Si obedissent, benè mansissent in Paradiſo. sed quoniam se non exhibuerunt obedientes, ideo Deus per angelum suū expulit eos de Paradiſo &c. Sic ego expuli de domo & monasterio meo murmuratores, detractores, &c. quia non sunt digni mecū & cum alijs clericis cohabitare. Nolo quoque tales esse in mensa mea &c. Eccē Augsti, expulit de congregatio[n]e solū murmuratores & detractores: Quid si habuisset fornicatores, lusores, ebriosos, maledicos, &c. Sic olim etiam sunt expulsi de monasterijs, cathedralibus officijs, beneficijs, præbendis, Ecclesijs, qui non debitè & ordinatè vixerunt: Et sic erant purgata collegia & monasteria, quandō morbiæ oues ejiciebantur, sicut etiam Paulus fecit, i. Cori. 5. inquiens: Nunquid non parum fermenti totam massam corrumpit? sic unus & alter facit, quod tota congregatio malè audit. Et si ex senatu aliquis ejicitur, qui non rectè incesserit, Et si Christus admittit diuortium in legitimo statu, propter vnius fornicationem, Mat. 5. & 19. Cur non etiam contumax monachus & sacerdos ejicitur? At hęc correctio cleri cōuenientissima, iam nō exercetur, quia communiter prælati etiam ipsi met tales sunt, quales illi, quos castigare deberet &c. Sed ytrisque imminet periculum, Ezech. 1. Sanguis perditoris &c.

Tertiō, inquit Augustinus: Licet Adam peccauerit, Dominus tamen eū non deseruit, sed ad pœnitentiā inuitauit, eumq[ue] pœnitentē recepit, & salutem in Christo

Christo promisit. Sic expulsi clerci si pœnituerint, & vitam emendare proposuerint, non est illis deneganda misericordia, atq; ita extra Ecclesiam expulsoſ & excommunicatoſ, tandem iterum recipimus: Si autem perſliterint in obſtinatione, relinqueſdi ſunt &c. Matth. 18. Si Eccleſiam, id eſt, prælatum Eccleſiae aut monaſterij, non audierint &c.

Quarto, inquit Auguſtinus ſermon. I. de Apoſto-  
lis: ſalutem auditis ex ore ſacerdotiſ: ſi bonus, carpe  
botrum de vite: ſin malus, carpe roſam in medio ſpi-  
narum: non permittas, vt te ſpinç lacerent. Hoc Chri-  
ſtus dicit: [Secundūm eorum verba] facite, non ſecun-  
dūm eorum facta, Matth. 23. At peccat grauiter præ-  
dicator, nomen Dei inhonorans, contra quos dicit  
Propheta: Quare tu enarras iuſtitias meaſ, & aſſumis  
teſtamentum &c? Eſt quoq; diſſenſia inter perſonā Psal. 49.  
& officium. Vide inſra Titulum 225.

*MODUS DOCENDI IUSTI-  
ficationem veterum Catholicorum.*

TITVLVS IX.

Rimò omnium veterum patrum Catho-  
licoruſ concors eſt fides & doctrina, quod  
Dei gratia & miſericordia, propter Chri-  
ſtum nos iuſtificat, ſaluat per media, id  
eſt, per fidem in Christum, per uſum Sa-  
cramentorum, & operationem bonorum operum, id  
eſt, obſeruantiam præceptorum: Soli gratiæ & miſe-  
ricordiæ dederunt cauſam effectiuam remiſſionis &  
ſalutis. Sic elegit nos in Christo antè conſtitutionem  
mundi, vt laudetur gloria gratiæ ſuæ, Ephes. 1. Ad  
Roīan. 8. quos elegit, ſcilicet, ab aeterno, hos & vo-  
cauit, id eſt, ad fidem Euangeli in tempore; & quos  
ex gratia vocauit & miſericordia propter ſemetipſum,  
hos & iuſtificauit: & quos iuſtificauit propter ſe-  
metipſum, hos & glorificauit, hoc eſt, omnium illo-

B b 3 rum